

communia quædam Musarum panaria toti Marchia Vete-
ri audiant, ex quibus innumeris ferè Studiorum Alumnis
largâ manu sumptus ministrentur.

Atq; hæc Vestra Beneficentia me quoq; de se benè spe-
rare jubet. Interea verò cum nullâ in re opera mea Vo-
bis prodesse possit, spondeo, me adductum aurea huius Ora-
tionis numerum plus millies pro Vestrâ Vestrarumq; salute
precibus meis esse multiplicaturum. Valete ac Patrociniò
Vestro complectimini

Illustris & Generosissimæ Excellen-
tiæ Vestræ

Clientem

Thomam Lüdekenium.